

calor à radijs solaribus in halitibus & nubibus
in aere consistentibus) caeruleus ille calor quem
vulgus caelo tribuit, non est realis sed apparens:
ut colores in iride. Rationem reddit Scaliger
ex aere qui in magnâ distantia longissimo tra-
ctu fusus speciem præbeat corporis condensati,
quemadmodum & nebula remota à nobis colo-
rator & exactior videtur quàm vicina. Di-
stantia enim multas visui partes representat
alias supra alias dispositas per longitudinem in
lineâ visuali: ut sit eadem quasi ratio visionis
in corpore raro productæ in longum & ejusdem
in eodem corpore densato atq; in brevitatem
coarctato. Hæc ratio fuit ex sententiâ Scalige-
ri, quem pleriq; sequuntur. Ac non est sufficiens.
Ut enim suadere posset distans perspicuum
apparere coloratum, nondum tamen rationem
redderet coloris in specie, nempe caerulei. Verior
ergo hæc videtur esse ratio. Sylve & montes
ex longius distito loco conspecti, caeruleum osten-
tant colorem: quia nimirum actu perspicuum
tenebris excipitur & quasi opacitate: ut caeru-
leus videatur esse illustratæ tenebræ. Ee certè
exceptas primùm luminetenebras caerulei colo-
ris apparentiam facere palàm fit ex nigerrimo
fumo, qui modicello lumine concepto & reflexo

caeru-